Apr. 1574.

A.

Exinde decretum est conclusum esse in examine et inquisitione personarum.

Decretum est, inquisitionem contra V. D. Bartholomeum Plomianowskj, et quemcunque alium Canonicum pro tempore absentem, non esse publicandam.

In processu correctionis convincta persona debent simul sedere in Capitulo.

Decretum est unanimiter, standum esse decretis Capituli, et subeundam correctionem usque ad finalem illius exequutionem, iuxta dictamen eiusdem Capituli. Solo V. Dno Decano reclamante, protestando quod velit salva sibi esse iuris beneficia & remedia.

Decretum est, quo ad poena de verbis iniuriosis & contumeliis servandum esse statutum Ecclesiae, in quarum iniuriarum numero habeantur etiam minae et suspitiones, quibus alius alium gravari possit. quia hoc et illud dixerit contra ipsum, vel quemvis alium Confratrem.

Canonicus Junior deputatus est, ad lectionem inquisitionum, et proximus illi assidens ad lectionem inquisitionis illius iunioris.

V. Dnus Joannes Hanovius senior absens, consensit in acta supradicta, referente V. D. Joanne Rosenbergio.

Q. ——

Decretum est D. Decanum obligatum fore dare Capitulo literas reversales super bonis Nartz, infra duodecim dies abhinc computandos, sub poena suspensionis seu exclusionis a participatione omnium & singulorum fructuum, proventuum, distributionum, emolumentorum, ac etiam quarumcunque consolationum, et summarum pro tempore ex rebus Capitularibus restantium, necnon quorumcunque censuum, Quibus quidem xij diebus lapsis, et literis huiusmodi cautionis, in forma probanti, in effectu non traditis, censeatur idem D. Decanus ipso facto in supradictam suspensionem incurrisse et incurrere,

(16)

neque manere in eadem, donec praeti decreto satis factum
ab eo fuerit. Tenor vero superdictarum reversalium
erit talis.

Ego Eggerdus à Kempen Decanus & Canonicus Varmien.
sponte et ex certa scientia praesentibus hisce testatum esse volo,
quorum interest, aut interesse poterit universis. Quod
cum de anno Domini M. D. Lij. xx. ID. Capitulum Ecclesiae
Varmien. tunc dicti Domini districtus Tolkemit, favo-
rabiliter consensissent mihi emptionem villae Narz in
eadem districtu sitam, ea conditione, ut penes me
possessio, utilitas, usus, omnesque usufructus esset agrorum,
pratorumque, nemorum etc. eiusdem villae, praetereaque habe-
rem Curiam seu praedium ibidem constituendi: me aut vi-
ta functo, integra esset Capitulo praedicta villa, eadem quo-
tunc à venditoribus Elbingen. per me empta est precio,
videlicet marcis septingentis prutenicis, per xx grossos co-
putatis, redimere, eandemque tali iure sibi vendicare;
& aliis gestis ea eos tunc esset, ut actis Capitularibus eius
anni annotata existat, promisi & promitto, bona fide
declaro, & etiam teneri praesentium, quod post vitam meam
ipsa cum pecunia de statim, ut dictae DCC marcae per V.
Capitulum renumeratae et restitutae fuerint, haeredibus seu
legatariis meis, idem teneantur abdicare se titulo
& possessioni, eiusque villam seu Curiam Narz, cum suis
privilegiis attinentibus V. Capitulo libere dimittere, sine
ulla tergiversatione. Nisi forte perpetua donatione
inter vivos, vel causa mortis, dicta villa, in pias
apud Cathedralem Ecclesiam Varmien. usus vertere
maluero, quod salvum et integrum mihi esse volo. In
cuius rei fidem praesentibus reversalibus, manu propria
subscripsi, easque appenso sigillo meo solito obsig-
navi. Datum apud E. W. in aedibus solitae meae re-
sidentiae. Die Aprilis. M. D. LXXiiij.

Eggerdus à Kempen Decanus
et Canonicus Varmien. qui supra
manu propria

16 v